Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Temptationis & fragilitatis haec uerba sunt; alioquin fidelis
est; longe enim melius est in heremo mori quam seruire
aegyptiis. Qui enim in heremo mori. hoc pro
quod separatus est ab aegyptiis & discessit a rectoribus
tenebrarum & de potestate satanae. hebuit aliquem
profectum & licet sicut integrum peuenire non potuit.
Melius enim est profectum uitae quaerenti in itinere mori.
quam ne proficisci quidem ad perfectionem quaerenda.
Unde aliorum fallitur opinio. quidam nimis arduum
heretici exponunt. dumque multas eius difficultates.
multaque pericula & lapsus enumerant. peneundum qui
dem id aut suspiendum iudicant. Sed multo melius est
me in hoc itinere uel mori sicut necesse est. quam in aegyp
tios permanentem necari. & sedis atque amaris fluctibus
obrui. Sed interim clamat moyses ad dm. quomodo
clamat. nullae eius uox clamoris auditur. Tamen
dicit ad eum dr. quid clamas ad me. uelim scire quo
modo sci sine uoce clamant ad dm. Apostolus docet.
quia dedit dr spm filii sui in cordibus nris clamantem
abba pater. & addit. Ipse spr intercedit pro nobis gemi
tibus inenarrabilibus. Et iterum. qui autem scru
tat corda scit quid desideret spr. quia secundum dm
postulat pro sanctis. sic interpellante spu sto apud dm
pro silentium sanctorum clamor auditur. Et quid post hoc.